



**Questiones spiritualis [con]iuiuij delicias preferentes,
super euangelijs tam de te[m]pore [quam] de sanctis**

Johannes <de Turrecremata>

Lyon, 18. Jan. 1509

Dominica quarta aduentus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70506](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70506)

lans de lyra. intelligant de alio ppheta. ¶ Ad scdam respondeť negádo psequetiá. r ad auctoritatē Matthei. xj. respódet qđ illud verbū non est intelligendū qđ post se nō fuerint alij prophete cū deus dicat Matthei. xxiij. Ecce mitto ad vos prophetas r scribas rē. Item Luc. ij. Anna pphetizauit. sed ideo dicit lex r prophete vsq; ad iohannē. qz in lege r pphetis veritas de xpo erat sub figuris r enigmatibus tradita. sed a iohanne est manifeste ostensa dicente. Ecce agnū dei rē. ¶ Ad tertiā rīdet iuxta albertum qđ ppheta capitur duplicit. Uno modo stricte r proprie. scz qui procul in futurū fatur de verbo r sacramētis. r hoc accipitur per diuinā inspirationem. Alio modo dicit propheta large. scz habēs diuinā inspirationez de verbo r sacramētis eius. r hoc modo beatus iohannes fuit ppheta r non pmo mó.



¶ In domínica q̄rta legitur euāgelium. In illo tēpore. Disserūt iudei a hierosolimis rē. Job. j. Circa quod possunt disputari sequentes questiones. ¶ Prima est. vtrū beatus iohannes bene respódit ad interrogationez sacerdotū r leuitarū quereñtū. Itē quis es. ¶ Scda est.

vtrum fuerit cōueniens iohānē baptizare. ¶ Tertia est. vtrum conueniens fuit vt christus inter homines conuersaretur.



¶ De primaz questionē in qua queritur vtrum beatus iohannes bene respondit ad interrogationez sibi factā per sacerdotes r leuitas. Tu quis est. r videtur qđ non. ¶ Primo in hoc qđ respódit. Non sum ego xps cū de hoc nō videatur fuisse interrogat. ¶ Scdo videtur male respódisse cum dixit se non esse helyam. cum Matthei. xj. xps dicat de eo. Ipse est helyas. ¶ Tertio videtur male respódisse cum interrogatus si esset ppheta respondit. se nō esse pphetaz. ¶ Quarto videtur male respódisse cū interrogat dicat se esse vocē clamātis in deserto. ¶ In oppositū est. qz iohannes cū esset repletus spūs sancto ex vtero matris sue r per consequēs illuminatus a deo. agruū fuit vt non respóderet nisi bene. ¶ Ad rationes in oppositum respódet. ¶ Ad primā dicit. qđ lz expresse nō fuerat interrogatus an esset xps. ista tamen erat intentio illorū querendū r sciendū an esset christus. Cum enim tēpore quo vivebat iohannes esset famosa opimo r maxime i hierusalē vbi vivebat studiū legis r pro-

Dominica quarta aduentus.

phetarum. q̄ tempus aduentus
messie esset de proximo. ⁊ mes-
siam de proximo expectabant.
Preterea videbāt iohannis ba-
ptiste mirabilem natiuitatem ⁊
eius excellentē sanctitatē. ideo
erant mori ad opinandū ipsum
esse christū. propter quod mise-
runt solēnores nuncios ad Jo-
hānem. volētes super hoc scire
voluntatē eius. ⁊ ita recte bea-
tus iohannes dicens se non esse
xpm̄ respōdit intēioni eorum.
Hoc enim querebāt. tu quis es.
vt respōderet eis si esset xps. vel
non. ¶ Ad secundā dicit q̄ opti-
me respondit negando se esse he-
lyam. quia ita erat in veritate q̄
nō erat helyas in persona. Xps
autem dicit eum helyam nō in
persona. sed in spiritu ⁊ virtute
quia scilz similitudinē helye in
suis operibus demonstrabat. Et
hoc specialiter in tribus. Primo
in officio: quia sicut helyas secu-
dum dominū aduentū preueniet.
ita iohānes p̄cessit primū. Unde
angelus dixit Luce. j. Ipse pre-
cedet ante illum. Secūdo in au-
steritate vite. qz helyas in deser-
to morabat. parce utebatur cibo.
et duris vestibus operiebatur. vt
dicitur. iij. Reg. xviij. Ita iohan-
nes in deserto esca ei⁹ erant lo-
cusse ⁊ mel siluestre. ⁊ zona eius
de capillis camelorum. Tertio
q̄tus ad zelum. quia helyas ma-
ximi zeli fuit. Unde dicebat. iij.
Reg. xix. Zelo zelatus sum. sic
⁊ iohannes zelo veritatis mor-

tuus est. ¶ Ad tertiā respondet
q̄ bene respōdet negādo se esse
prophetam. Negauit quidem se
esse prophetam. nō absolute sed
illum excellentissimū de quo ipse
querebāt. et de quo scriptura lo-
quitur Deut. xvij. Suscitabit
vobis dominus prophetā de fra-
tribus vestris ⁊c. que scriptura
ad litterā est intelligēda de chri-
sto. Vel negauit se esse prophe-
tam quia non fuit propheta sim-
pliciter siue tantum. sed plus q̄
propheta. Alij namqz prophete so-
la futura predicabant et a remo-
tis. Iohānes vō christū presen-
tem nunciāuit digito ostendēs.
dicēs. Ecce agnus dei. ecce qui
tollit peccata mūdi. ¶ Ad quar-
tam respondetur. q̄ etiam bene
respondit dicens q̄ esset vox cla-
mantis in deserto ⁊c. Beatus
enim iohannes cum esset deuot-
tissimus adimplens qd aposto-
lus dicit ad Gal. ij. f. Quis ego
iam nō ego sed viuit in me xps.
Non respōdit ego sum filius za-
charie vel talis ⁊ talis. sed illud
in quo christus sequebatur. Unde
dixit. Ego vox clamantis ⁊c. Di-
cit autem se vocē esse. quia vox
origine posterior est verbo sed
noticia prior. Nam verbū in cor-
de conceptū per vocem prolātū
cognoscimus euz sit signū eius.
Deus autem pater p̄cursores
misit iohannē in tempore factū.
vt verbū suū ab eterno conce-
ptum annūciaret. Et ideo congrue
dicit iohānes. Ego vox clamans

toz. Quidam aut die pa

catu xpi in die

ris in deserto. s. iudee. dirigite vias domini. id est. ego sum ille de quo scriptura sancta loquit. Esa. xl. Ego vox clamantis in deserto. vt homines se ad aduentū christi in mūdum preparent. Et sic patet q̄ iohannes in omnib⁹ bene respondit ad interrogatiōnem sibi factam Tu quis es.



D secūda⁹ questionē qua queritur. vtrū fuit conueniens iohānem baptizare sic pceditur (vt habet 3. parte. q. 38. ar. 1.) Et videtur q̄ non. Primo sic. Omnis enim ritus sacramentalis ad aliā quā pertinet legem. s. iohānes non introduxit nouā legē. ergo inconueniens fuit q̄ iohannes nouum ritum baptizandi introduceret. ¶ Secundo sic. Iohannes fuit missus a deo in testimonium tanq̄ ppheta. s. m. ilud Lu. j. Tu puer ppheta altissimi vocaberis. s. p. hęc q̄ fuerunt ante christū non introduxerunt nouum ritum. s. ad obseruantiam legalīū iducebāt. vt p. malach. vii. Memōtote moysi serui mei ergo nec iohānes nouum ritum baptizandi iducere debuit. ¶ Tercio sic. Ubi est alicuius rei supfluitas. non est ad illud aliud addendū. s. iudei excedebant in supfluitate baptismi vt dicit mar. vii. Qd pharisai & oēs iudei nisi

crebro lauent manus non manducant & in sero nisi baptizatur non comedunt & alia multa que tradita sunt illis seruare. vt baptismi calicum &c. ergo inconueniens fuit q̄ iohannes baptizaret. ¶ Quarto sic. baptism⁹ iohannis non videtur esse a deo. ergo inconueniens fuit. iohānem talem ritum introducere. consequētia p. antecedēs pbatur sic. Nihil enim sacramentale qd est a deo denominat̄ ab hoīe puro. Uñ baptismus noue legis nō dicitur petri aut pauli. s. baptismus denominatur a iohāne. Dicitur enim baptismus iohannis ergo nō est institut⁹ a deo. ¶ Quinto sic. alia sacramenta nō habuerunt assuefactoria. ergo nec baptism⁹ christi debuit habere baptismum iohannis. vt assuefaceret homines ad baptismū christi. ¶ In oppositū est euāgelīū presens & Matthei. iij. vbi premissa sanctitate iohannis subditur q̄ exierunt ad eum multi & baptizabatur in iordane. ¶ Rūdeo dicendum sub ista cōclusionē. q̄ conueniens fuit iohāne baptizare. Que conuenientia colligitur ex quattuor. Primo qz oportebat xp̄m baptizari a iohē vt baptism⁹ cōsecraret vt dicit augu. super iohē. Secundo vt xp̄s manifestaret. Uñ iohānes baptista dicit iohis. j. Ut manifestetur. s. xp̄s i israel p̄pterea veni ego in aqua baptizans. Concurrentibus enim turbis annuntiabat

Dominica quarta aduentus.

christus. Quod quidem facilius
sic factum est q̄ si per singulos
discurrisset. vt chrysostomus di-
cit super iohānem. Tantū enim
officium iohannis predicandor
baptizando ordinabat ad mani-
festationē christi. Tertio vt suo
baptismo assuefaceret hoīes ad
baptismum christi. Vñ. Grego.
dicit in quadam omelia. q̄ ideo
baptizauit iohānes. vt precessio-
nis sue ordinem seruans qui na-
sciturū dñm nascendo puenerat
baptizādo quoq; baptizaturū p-
ueniret. Quarto vt ad peniten-
tiam homines inducens prepa-
raret ad digne suscipiendum ba-
ptismum christi. Vñ beda dicit
q̄ q̄tūm cathecuminis nōdum
baptizatis. pdest doctrina fidei
tantū profuit baptismus iohan-
nis ante baptismus christi. quia
sicut ille predicabat penitentia.
et baptismum christi pronuncia-
bat. et in cognitionem veritatis
qua mūdo apparuit attraherat
sic ministri ecclesie q̄ primo eru-
diunt. postea peccata eorum res-
darguunt. deinde baptismum chri-
sti remissionem pmittunt. ¶ Ad
rationes in oppositum. Ad pri-
mam responderetur negando con-
sequētiam. Et ratio est. quia ba-
ptismus iohannis non erat per
se sacramentum sed quasi quod-
dam sacramentale disponēs ad
baptismum christi. et ideo aliqua-
liter pertinebat ad leges christi
nō autem ad legem moysi. ¶ Ad
secundam responderetur. negan-

do consequentiam. Et ratio est.
quia iohannes non solum fuit p-
pheta. sed plusq; propheta. vt di-
citur Matth. xj. Fuit enim ter-
minus legis et initium euangeli-
j et ideo magis pertinebat ad euz
verbo et opere iducere homines
ad legem christi. q̄ ad obseruan-
tiam veteris legis. ¶ Ad tertiaz
responderetur. negando consequē-
tiaz. Et ratio est. quia baptisma
ta illa phariseorū erant. in aqua
vt pote ad solaz mundiciam car-
nis ordinata. S; baptismus io-
hannis ordinabatur ad mundici-
am spirituale. Inducebat enim
homines ad penitentiam vt di-
ctum est. ¶ Ad quartam respon-
detur. negando assumptum. Nā
dicitur Johan. pmo. Qui me mi-
sit baptizare in aquis. ille dixit
mibi. c. Et ita baptismus iohā-
nis fuit institutus precepto di-
uino. Unde ritus ille baptizan-
di non fuit ab hominibus sed a
deo qui familiari spiritus sancti
reuelatione iohannem ad bap-
tizandum misit. Et ita iohannes
primus minister fuit institutio-
nis. et deo actor principalis. Quis
autem denominetur a beato io-
hanne est. ppter tria. vt dicit fan-
ctus thomas in quarto. Tuz pri-
mo. quia ipse fuit baptismi insti-
tutor aliquo modo. Petrus au-
tem nullo modo baptismi quo
ipse baptizabat. Tum secundo.
quia nihil in illo baptismo effi-
ciebatur q̄ iohannes non face-
ret. Tum tertio. qz soli deo erat

tois. Quadri aut die vo

partu xpi mōit

Domínica quarta aduentus. Fo. l. iij.

datum illius baptisimi ministe-
rium. ¶ Ad quintam responde-
tur. negando consequentiam. qz
vt dicit dominus bonauentura.
non est simile de baptisimo chri-
sti et de alijs sacramentis. quia
cum baptisimus est primum. ne-
cessariuz cōgrue habuit pream-
bulum. quia enim est necessariū
oportebat omnes suscipere. quia
primuz ne homines inabiles ef-
sent et imparati. oportet qd pre-
cederet aliquid simile. nō est sic
de alijs sacramentis. Baptisim⁹
enim susceptus disponit ad cete-
ra alia. et ideo non indignit alia
assuefactioe. imo assuefactio ba-
ptisimi ad alia assuefecit.



Tertiam
questionem in
qua queritur.
quia dicitur in
euangelio de
xpo. Medius
vestrum stetit.
id est. conuersatus est. Utrū cō-
ueniēs fuit vt christus inter ho-
mines conuersaretur vel vitam
solitariāz ageret. sic proceditur
(3. parte. q. 40. ar. 1.) Et videtur
q non fuit conueniens eum in-
ter homines conuersari. ¶ Pri-
mo sic. oportebat qd christ⁹ sua
conuersatione non solum se ho-
minem ostēderet. sed etiaz deū.
Sed deum nō conuenit cum ho-
minibus cōuersari. Dicit enim
danielis. ij. Exceptis dijs quo-
rum non est cum hominibus cō-

uersatio. Et pbus dicit primo
politicozum. qd ille qui solitarie
viuit. aut est bestia si propter se-
nitiam hoc faciat. aut est deus
si hoc facit propter contempla-
dam veritatem. ergo videtur qd
non fuit cōueniens christum in-
ter homines conuersari. ¶ Se-
cundo sic. christus dum in carne
mortali vixit debuit perfectissi-
mam vitam ducere. Perfectissi-
ma autem vita est contemplati-
ua ad vitā autem contemplati-
uam maxime cōpetit solitudo.
fm illud osee. ij. Ducam in solit-
udinem et loquar ad cor eius.
ergo videtur qd christus debuit
solitariam vitam ducere. ¶ Ter-
tio sic. conuersatio xpi debuit ef-
se vniformis. quia semp debuit
in eo apparere quod optimū est
sed quandoqz christus solitariā
vitā querebat turbas declinās.
Uñ remigiuz dicit super mat-
theum. qd christus tria refugia
legitur habuisse nauim. montes
et desertum. ad quozum alteruz
quotienscunqz a turbis compri-
mebatur condescendebat. ergo
semper debuit solitariam vitam
ducere. ¶ In oppositum est enā-
geluz presens vbi dicitur. Me-
dius vestrum stetit. id est. inter
vos conuersatus est. et vitam cō-
munem vobiscum ducēs. ¶ Res-
pondeo dicendum sub ista con-
clusionone. Conuenientissimū fuit
christum conuersari inter homi-
nes. Patet conclusio. primo ex
illo baruth. ij. Post hec i terris

Dominica quarta aduentus.

visus est et cum hominibus conuersatus est. Ratione sic probat. Cōuersatio christi talis debuit esse vt conueniret fini conuersationis scilicet quem venit in mundū. Venit autem in mundum. Primum quidem ad manifestandum veritatem. sicut ipse dicit Job. xvij. In hoc natus sum et ad hoc veni in mundum vt testimonium perhibeam veritati. et ideo non debebat se occultare vitam solitariam agens. sed in publicum procedere publice predicando. Unde Luce. iij. dicit illis qui volebant eum detinere. Quia et alijs civitatibus oportet me euangelizare regnum dei. quia ideo missus sum. Secundo venit ad hoc vt homines a peccato liberaret. scilicet. illud. j. Tunc. j. Christus iesus venit in hunc mundum peccatores salvos facere. Et ideo vt Chrysostomus dicit. Licet in eodem loco manendo posset christus homines ad se trahere: vt eius predicationem audirent. non tamen hoc fecit prebens nobis exemplum vt perambulemus et requiramus pereuntes sicut pastor ouem perditam. et medicus accedit in firmum. Tertio venit vt per ipsum habeamus accessum ad deum vt dicit ad Romanos. v. Et ita familiariter cum hominibus conuersando conueniens fuit. vt omnibus fiduciam daret ad se accedendam. Unde dictum est Matthei. ix. Factum est discumbere eo in domo. Ecce multi publicani et

peccatores venientes discubebant cum iesu et discipulis eius. Ad rationes in oppositu. Ad primam rationem negando consequentiam. Et ratio est. quia christus per humanitatem suam voluit manifestare diuinitatem et ideo conuersando cum hominibus quod est proprius hominis manifestauit omnibus diuinitatem suam predicando et miracula faciendos in nocenter et iuste inter homines conuersando. Ad secundam rationem negando consequentiam. Et ratio est. quia vita contemplativa simpliciter sit melior quam actiua que occupatur circa actus corporales. actiua tamen scilicet quam aliquis predicando et docendo contemplata alijs tradit esse perfectior quam vita que solum contemplatur quia talis vita presupponit abundantiam contemplationis. et ideo christus tale vitam elegit. Ad tertiam rationem negando assumptum. Et ratio est. quia actio christi fuit nostra instructio. et ideo vt daret exemplum predicatoribus quod non semper se darent in publicum. id quod quibus se dominus a turbis retraxit. Quod quidem legisse propter tria. Quibus quidem propter corporalem quietem. Unde marcus. vj. dicit quod dominus dixit discipulis. Venite seorsum in desertum locum et quiescite pusillum. Erant enim qui veniebant et redibant multi et nec spatium manducandi habebant. Quibus vocata orationis. vt dicit. Luce. vj. Factum est in illis diebus Erat in montem orare et erat prostratus in oratione. Ubi dicit Ambrosius quod ad preceptum virtutis sue nos informat ex

toris. Quarta aut die

factu xpi iudicis